



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Theoni Episcopo. 184.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Athanasio Presbytero. 183.

Sermonibus philosophari promptum ac facile est: rebus autem arduum & difficile. Ac propterea illud auditorum animos minimè penetrat: hoc autem eos perstringit: illud enim risum mouet, hoc inertiam restringit: illud in probra, hoc in laudes definit. Illud tedio & molestia, hoc pudore auditores afficit. Itaque curandū est, ut, quæ facienda sunt, non modò dicamus, sed etiam faciamus: ne alioqui & probra habeamus, & pœnas sustineamus.

Theoni Episcopo. 184.

Habet quidem virtus non modò præmium, ut ais, sed etiam coronam ac celebrem & luculentam gloriam. Tu verò minimè facere debes, ut in vnaquaque ipsius specie, an mercedem habeat, curiosius inquiras. Maior enim ei merces constituta erit, qui non mercedis causa boni aliquid efficit. Nam si verè studio virtutis atque amore tenereris, scires profectò, etià submota mercede virtutem ipsam mercedem & coronam ac decus & ornamentum esse, ac mercedem in seipsa habere. Quoniam autem ut mercenarius de mercede nimium anxie ac ieiunè vrges, suspicionem audientibus præbes, te, nisi merces esset, minimè factum fuisse, ut virtutem coleres. Cæterum, quoquomodo de hac re consueris, virtutem cole, quæ sui amantes ac studiosos, & hic claros, & illic clariores reddit.

Zosimo Presbytero. 185.

Iocari potiùs, quàm seriò loqui videris. Ut ut autem libeat (dicam enim quod verum est, nec reticebo) quandoquidem quotidie quæris, Quid igitur faciendum est? Ego vicissim ex te quæram, Quid igitur dicendum est? Nam si nec ab inertia nec à luxu abstinas, nec à communibus rebus manum abstineas, nec pecunias congerendi, atque ex alienis calamitatibus commoda tua comparandi, atque, quæ

Αθανασίῳ πρεσβυτέρῳ ρωγ.

Τὸ μὲν εὐχολογῶν φιλοσοφῆσαι, εὐκόλοον· τὸ δὲ εὐλογημάτων, δυσχερές· διὸ καὶ τὸν μὲν τῶν ἀκρόατων ἔχθη κινῆται, τὸ δὲ καθάπτεται. τὸ μὲν γὰρ γέλωτα κινεῖ, τὸ δὲ ῥαθυμίαν ἀνατέλλει. καὶ τὸ μὲν εἰς ἰδέην, τὸ δὲ εἰς ἐπιθυμίαν τελευτᾷ. καὶ τὸ μὲν ἐνοχλεῖ, τὸ δὲ δυσωπεῖ τὸς ἀκρόατας. οὐκοῦν οὐ λεκτέον τὰ παρακτεῖα μόνον, ἀλλὰ καὶ παρακτεῖον, εἴ γε μὴ μέλλοιμεν ἀρετὴν τε εἶναι, καὶ εὐθυμίας ὑφέξειν.

Θεωνί ἑπισκόπῳ ρωδ.

Ἐχει μὲν ἡ ἀρετὴ ἔμμενον μισθόν, ὡς φησὶ, ἀλλὰ καὶ στέφανον καὶ κλέος ἀοιδίμον. οὐ δ' οὐκ ἂν εἴης δίχαιμος ἐφ' ἑκάστῳ εἶδει αὐτῆς πολυπαραγωγοῦν εἰ ἔχει μισθόν. μείζων γὰρ ἔστι ὁ μισθός, τῷ μὴ εὐχολογῶν ποιῶντι. εἰ γὰρ ὅπως ἅπαντα φιλάρετος, ἢ δεῖς ἂν ὅτι καὶ χρεῖς ἀμοιβῆς· αὐτῇ ἡ ἀρετὴ μισθός ἐστι καὶ στέφανος καὶ ἐγκλησῶντισμα. εἰ αὐτῇ τίω ἀμοιβῆν ἔχουσα· ἀλλ' ἐπειδὴ ὡς ὅπως μισθωτὸς ἀκριβολογῆ περὶ μισθῶν, ἡ πόνοιαι παρέχουσιν αὐτῷ ἀκούσιον, ὅτι εἰ ἀποθέσει χρεῖν μὴ ἢ μισθός, οὐκ ἂν ἀρετῶν ἡ σπουδῆς, πλὴν ὅπως ἂν δίχαιμος, ἀσμεταίτητος, τίω καὶ ταῦτα λαμψέως, καὶ κείσε λαμψέστερος τοῦς οἰκείους ἐργασίας, ἀποφαίνεσαι.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ ρπε.

Ἐοικας παίζειν μάλλον, ἢ ἀσπιδάζειν· πλὴν ὅπως ἂν δίχαιμος· εἰρήσεται παρ' ἐμοῦ τάληδες, καὶ ἔκκερύνεται. ἐπειδὴ ἑκάστῳ ἐρωτᾷς, τί οὐὲν λέγειν εἶναι, ἐγὼ σε ἐρήσομαι, τί οὐὲν λέγειν εἶναι γὰρ μήτε τῆς ῥαθυμίας, μήτε τῆς τρυφῆς ἀπόχριστο, μήτε τῶν κοινῶν ἀφίξοιο, μήτε τῆς λεηματίας ἐσθλα ἀποστῆς, μήτε τοῦς τὰς ἀλλοτρίας γαυροῦν συμφορὰς, καὶ τὰ τῶν πενήτων σφρατ-